

Iohannes apostolus et euan-
gelista. dū ephesi p̄dicaēt a p̄-
cōsule capis et vt dñs imola-
ret inuitat. et ad domicianū impa-
torē epistola destināt in q̄ magn⁹
sacrileg⁹ et deoz p̄emptoz et cru-
cifixi cultoz noiat. **I**ussu ergo do-
miciani romā deducit. et deducto
om̄s capilli p̄ derisione a capite p̄-
scindunt. ac ante portā vrbis que
latina dicit in dolium seruētis olei
igne desubter candēte precipitare
iubet. nullū tñ ibidem dolorē sensit
sz penit⁹ illesus exiuit. **I**n illo ergo
loco a xp̄ianis ecclesia fabricat. et
dies illa tanq̄ dies sui martirij so-
lemnizat. **T**ū ergo nec sic a predi-
catione xp̄i cessaret. iussu dominici
ani in insulā pathmos relegat⁹ est.
Nec tñ imperatores romani apo-
stolos p̄seq̄bant qz xp̄m p̄dicabāt
cū ip̄i nullū deū respuerent sed q̄a
ip̄m sine senat⁹ auctoritate deifica-
tū aiebāt qd̄ ip̄i omnino fieri p̄o-
hibebant. **U**nde legit in histori. ec-
clesiasti. q̄ cū pilat⁹ quadā vice ad
tyberium epistolas de xp̄o misisset
et ipse tiberius eius fidem a roma-
nis recipi assentiret. senatus omni-
no respuit ex eo q̄ nō sui auctori-
te deus vocatus fuit. **A**lia causa ē
qz legit in quadā cronica ex eo q̄
romanis prius non apparuerat.
Alia causa est ex eo q̄ omniū deo-
rum cultū cui romani inseruiebant
euacuabat. **A**lia causa est ex eo q̄
mūdi despectū p̄dicabat et roma-
ni avari et ambiciosi erant xp̄us B-
etiā fieri nō pmisit ne hoc humane
potentie ascriberet. **A**lia causa s̄m
mḡm iohannem beleth quare im-

patores et senatus xp̄m et aposto-
los p̄seq̄bant. qz videbat eis de-
us nimis supbus et inuid⁹ eo q̄ cō-
sortem habere non dignaret. **A**lia
causa est quā **O**rosius refert qz se-
nat⁹ indigne tulit q̄ pilatus ad ty-
beriu et nō ad senatū de xp̄i mira-
culis litteras destinauit et ideo ei⁹
desecrationem inter deos fieri nolu-
it. **U**nde tyberius iratus multos
de senatoribus occidit et quosdaz
exilio damnauit. **M**ater autē ip̄ius
beati iohānis audiens filiu romē
detineri. materna p̄passione p̄mo-
ta. romā ad eū visitandū accessit.
sed dum venisset et ip̄m in exiliū re-
legatu audisset. indeqz rediret in
cāpania ciuitate verulana migra-
uit ad xp̄m. cui⁹ corpus in quodā
specu sepultum multo tempore la-
tuit. sed postmodū a filio suo iaco-
bo reuelatū fuit. **Q**uod quidē mul-
to odore redolēs. ac miracul⁹ mul-
tis refulgens. ad predictam ciuita-
tez cum multo honore trāslatū est.

De sancto Seruacio quere in fine.

De letania maiore et minore

Letanie in anno bis fiunt.
scilicet in festo sancti **M**arci
que dicitur letania maior.
et in tribus diebus ante ascensio-
nem domini nostri que dicitur leta-
nia minor. **E**t interpretatur letania
supplicatio vel rogatio. **P**rima er-
go letania tripliciter vocatur. **P**ri-
mo dicitur letania maior. **S**ecūdo
dicitur p̄cessio septiformis. **T**ertio
dicitur cruce nigra. **D**icit autē leta-

nia maior propter tres causas. scilicet. ratione illius
a quo instituta est. scilicet. a magno Gregorio papa
urbis romae. Ratione loci in quo instituta est. romae que est
domina et caput mundi ex eo quod ibi corpus est principis
apostolorum et apostolica sedes. Ratione cause pro qua
instituta est et pro magno et gravissimo morbo. Romani enim cum in
quadragesima continenter vixissent et in pascha corpus christi
reciperent. postmodum comelationibus ludis et luxurie
frena laxabant. Idcirco dominus provocat ad iram pestem
maximam in eos misit quam igniviam vocant. id est. apostema
sive inflaturam in inguine. Tam seiva autem pestis ista fuit
ut homines in via. in mensa. in ludis. in colloquiis subito
morerentur. ita ut cum aliquis ut dicitur sternutabat. sepe
cum ipsa sternutatione spiritum exalabat. Unde cum aliquis
aliquem sternutantem audiebat. statim accurrens. deus te
adiuvet acclamabat. Et ab inde et deinceps ut dicunt
hec adhuc consuetudo servatur. ut cum aliquem sternutantem
audimus. deus te adiuvet acclamamus. Rursum ut fertur cum
aliquis oscitabat frequenter continuo et subito spiritum
emittebat. Unde cum aliquis se velle oscitare sentiebat.
continuo signum crucis sibi imprimere festinabat. et hec
consuetudo similiter usque modo servatur. Hec autem
pestis qualiter ortus habuerit in vita sancti gregorii
reperitur. Secundo dicitur processio septiformis eo quod
beatus gregorius processiones quas tunc faciebat per septem
ordines disponebat. nam in primo ordine erat omnis
clerus. in secundo omnes monachi

et religiosi. in tertio omnes sancti moniales. in quarto omnes
infantes. in quinto omnes laici. in sexto omnes vidue et
continentes. in septimo omnes coniugate. Sed quod modo
non possum in numero personarum. supplementum in numero
letaniarum quia septies dici debent antequam in signa
deponantur. Tertio dicitur letania cruce nigre. quam in
signis meroris et tanta strage hominum et in signum
penitentie. nigris vestibus inducebant. Et forte propter
eamdem causam cruce et altaria. sacris et ciliis velabant.
Homines etiam fideles vestes penitentiales debent
assumere. **¶** Alia autem dicitur letania minor que fit
tribus diebus ante ascensionem domini quam beatus
mammertus episcopus vienne tempore leonis imperatoris
qui cepit anno domini. cccc. viii. ante institutionem
prime letanie instituit. que dicitur letania minor. ro-
gationes et processio. Dicitur autem letania minor ad
differentiam prime. quia scilicet instituta est a minori
episcopo in minori loco et pro morbo minori. Causa
autem institutionis huius hec fuit. Tunc enim apud
viennam frequenter et maxime terremotus fiebat qui
domos et ecclesias plurimas subvertebant. Nocturni
sonitus et clamores sepe audiebantur. Tunc etiam aliud
terribile valde accidit. quia die pasche ignis de celo
cecidit et regis palatium concremavit. Aliud insuper
mirabile fiebat. Sicut enim demones porcos intra-
verunt sic permissione domini propter peccata hominum
lupos et feras intrabant et nullos ferentes nisi solum per vias
hinc et per civi

tatem discurrebant. et passim pue-
ros et senes viros. et feminas de-
uorabant. **C**ū ergo tam dolorosi
casus quotidie fierent. predictus epi-
scopus triduanus ieiuniū induxit.
letanias instituit et sic predicta tri-
bulatio conquieuit. deinde statutum
ē ab ecclesia vt hec letania vniuer-
saliter obseruetur. **D**icunt etiā ro-
gationes qz tunc omniū sanctorū
suffragia imploram⁹. **E**t merito ta-
lis obseruatiō his diebus seruan-
da est et rogationibus sanctorū
et ieiunijs his dieb⁹ insistendū est
multiplici ratione. **P**rimum vt deus
bella pacificet. que in vere frequen-
tius occurrunt. **S**ecundo vt teneros
adhuc fruct⁹ terre seruādo multi-
plicet. **T**ertio vt motus carnales
qui hoc tempore magis feruent in
se quisqz magis mortificet. **I**n ve-
re enī sanguis magis feruet et illi-
citi motus magis pullulant. **Q**uar-
to vt ad receptionem spūs sancti se-
qz magis habiliter. **N**ā p ieiuniū
magis habilitat. et p rogationes
dignior reddit. **D**uas alias rōnes
assignat mgr̄ guilhelm⁹ altisiodo-
rensis. **P**rima vt. s. xp̄o ascendēte et
dicēte. petite et accipietis. osidenti-
us petat ecclesia. **S**ecunda qz ecclesia
ieiunat et orat vt parū habeat de
carne p ipi⁹ carnis macerationem
et adqrat sibi alas p orōnez. quia
orō est ala anime qua volat in ce-
lū. vt sic xp̄m ascendēte libere pos-
sit seq̄ qui ascendēs pandit iter aſi-
nos et volauit sup pennas vētoz.
Quis enī que multū abūdat i car-
ne et parū in plumis bñ volare nō
pōt sicut pz in strutione. **D**icunt etiā

processio qz tūc ecclesia generalē fa-
cit processione. **I**n hac autē processioe
cruz deferē. cāpane pulsant vexil-
lū portat. **D**raco quidē cū ingenti
cauda in quibusdā ecclesijs baiula-
tur et oim sanctorū singulariter pa-
trocinia implorant. **I**deo autē cru-
cem ibidez deferim⁹ et campanas
pulsam⁹ vt demones territi fugiāt.
Nā sicut rex in suo exercitu habet
insignia regalia. s. tubas et vexilla.
sic xp̄s rex etern⁹ in sua ecclesia mi-
litanti habet cāpanas p tubis. et
cruces p vexillis. **E**t sicut aliquis
tirannus valde timeret qui alicu-
ius regis potētis et sibi inimici tu-
bas in sua terra audiret et vexilla
videret. sic demones qui sūt in isto
acre caliginoso vehementer metu-
unt quando tubas xp̄i. s. cāpanas
pulsari sentiūt et vexilla id ē crucē
aspiciūt. **E**t ista dicunt esse ratio qre
ecclesia campanas osuevit pulsare
qñ tēpestatē occitari videt. vt. s. de-
mones qui hoc faciunt tubas eter-
ni regis audiāt et sic territi fugiāt
et a tēpestatis occitatioe quiescant.
Licet alia ratio sit qz cāpane tunc
fideles admonēt et puocant vt p
instanti periculo orationi insistant.
Aliud etiā vexillū eterni regis est
ip̄a cruz s̄m illud. **V**exilla regis ū
Qd quidē vexillū demones valde
timent s̄m q̄ dicit **C**risp. **U**bicūqz
inquit demones signū dominicum
viderint fugiunt timētes baculum
quo plagā acceperūt. **E**t hec ē rō
quare quibusdā ecclesijs tpe tēpe-
statis de ecclesia cruz extrahit⁹ tē-
pestati opponit vt. s. demones vex-
illū sūmi regis videant et territi fu-

giant. **I**deo crux in processione deferret et campane pulsant vt demones in ipso acre existetes territi fugiant et a nostra infestatione desistant. **V**erillum aut ibidem deferret propter representandam victoriam resurrectionis et ascensionis christi. qui cum magna preda celos ascendit. **U**nde verillum per aerem incedens est christus in celum ascendens. **E**t sicut verillum quod in processione deferret multitudo fidelium sequitur sic christum ascendente magna sanctorum collectio comitatur. **C**antus autem qui ibi sunt significat cantus et laudes angelorum. qui christo ascendenti obuiauerunt et ipsum cum sua societate usque in celum cum multis laudibus perduxerunt. **I**n quibusdam autem ecclesiis maxime in ecclesiis gallicanis consuetudo habetur quod draco quodam cum longa cauda et inflata pleura. scilicet paleo vel aliquo tali duobus diebus primis ante crucem et tertia cum cauda vacua post crucem deferret. **P**er quod significabatur quod in primo die ante legem et in secundo sub lege dyabolus in hoc mundo regnavit. in tertio autem die. scilicet gratie per passionem christi de suo regno fuit expulsus. **R**ursus in ipsa processione omnium sanctorum singulariter patrocinia imploramus. **Q**uare autem tunc sanctos rogamus plures causas assignate sunt superius. **S**unt autem et alie causas generales propter quas deus ordinavit. vt sanctos oremus. scilicet propter nostram inopiam. propter sanctorum gloriam et dei reuerentiam. **B**eati enim vota supplicantium scire possunt. quia in illo eterno speculo intelligunt quantum vel illis pertinet ad gaudium vel nobis ad auxilium

Prima ergo ratio est propter nostram inopiam. **E**t hoc vel propter inopiam quam habemus in merendo vt ubi nostra non suppetunt merita patrocinentur aliena. **V**el propter inopiam quam habemus in contemplando vt qui non possumus summam lucem inspicere in se. saltem in sanctis videre valeamus. **V**el propter inopiam quam habemus in amando qui a plerumque imperfectus homo magis sentit se affici circa vnum sanctum. quam etiam circa deum. **S**ecunda ratio est propter sanctorum gloriam. **V**ult enim deus vt sanctos inuocemus vt dum per eorum suffragia quod petimus impetramus ipsos glorificemus et magnificentius colaudemus. **T**ertia ratio est propter dei reuerentiam. vt peccator qui deum offendit quasi non audeat deum in propria persona adire. sed amicorum possit patrocinia implorare. **I**n huiusmodi autem letanias est illud angelicum canticum frequentandum. **S**ancte deus. sancte fortis. sancte et immortalis miserere nobis. **R**efert enim **J**ohannes Damascenus. libro tertio quod cum apud Constantinopolim propter quandam tribulationem letanie fierent. quidam puer de medio populi in celum raptus istud canticum ibidem edocuit est deinde ad populum rediens. illud angelicum canticum in conspectu populi decantauit et mox omnis tribulatio cessauit. **I**n calcedonensi quoque synodo fuit canticum istud approbatum. **E**t concludit **D**amasce. **N**os autem ita dicimus vt sic per istud canticum demones rescindant. **S**ancte deus. scilicet

sortis sancte .et immortalis misere
re nobis **H**uius ergo cantici laus
et auctoritas ex quatuor colligitur .
Primo ex eo quod angelus illud edo-
cuit **S**ecundo ex eo quod ad eius prola-
tionem illa tribulatio conquieuit .
Tertio ex eo quod calcedonensis syno-
dus illud approbavit **Q**uarto ex
eo quod demones adeo illud timent .

De ascensione domini

Ascensio domini .xl. die a
resurrectione facta est .
Circa quas septem per
ordinem videnda sunt
Primo vñ ascendit **S**ecundo qua-
re non statim post resurrectionem
ascendit **T**ertio qualiter ascendit .
Quarto cum quibus **Q**uinto quo
merito ascendit **S**exto quo ascen-
dit **S**eptimo quare ascendit **C**ir-
ca primū notandum . quoniam de mon-
te oliueti versus bethaniā in celos
ascendit . qui mons s̄m aliam trāsl-
lationem dicitur . triū luminū mōs
Nam de nocte a parte occidentis
illuminabatur igne templi quia erat
ignis iugis in altari **M**ane illumina-
batur a parte orientis **P**rimo enī
accipiebat radios solis antequam illu-
straret ciuitatez **H**abebat insuper
copiam olei quod est fomentum lu-
minis . et ideo dicitur mons trium
luminum **I**n hunc ergo montem .
Christus discipulos ire precepit .
Naz in ipsa die ascensionis bis ap-
paruit . semel vñdecī apostolis co-
medentibus in cenaculo . **O**mnes
quidem . tam apostoli quā alij disci-
puli . necnon mulieres habitabant

in illa parte iherusalem que diceba-
tur **C**ebamello . s̄ . in monte syon vbi
David sibi construxerat palatium
Et erat ibi cenaculum illud grande
stratum in quo dominus precepit
sibi parari pascha . **E**t in cenaculo
tunc vñdecim habitabant aposto-
li **C**eteri autē discipuli et mulieres
habitabant circumquaque per diuer-
sa hospicia **D**um ergo in illo cena-
culo comederent dominus eis ap-
paruit et incredulitatem eorum ex-
probauit **E**t cum comidisset cum
eis et precepisset vt in montem oli-
ueti versus bethaniam irent . ibidē
quod iterum eis apparuit ac indiscre-
te querentibus respondit . et eleua-
tis manibus eis benedixit et inde
coram eis in celum ascendit **D**e lo-
co ascensionis dicit fulpicius episco-
pus iherosolimitanus et habetur
in glosa **Q**uia cum ibi postea esset
edificata ecclesia . locus ille in quo
institerūt vestigia **C**hristi ascenden-
tis nunquā potuit sterni pavimento
immo resiliabant marmora in ora
collocantium **C**alcanti etiam pulue-
res a domino hoc dicit esse docu-
mentum quod vestigia impressa cer-
nuntur . et eandem adhuc speciem
velut pressis vestigijs terra custo-
dit **C**irca secundum quare scilicet
non statim vt resurrexit ascendit . s̄
per quadraginta dies expectare vo-
luit **N**otandum quod hoc fecit prop-
ter tres rationes **P**rimo propter
resurrectionis certificationē . difficil-
ius enim erat probare veritatem
resurrectionis quā passionis . **Q**uia
a prima die vsque ad tertiam de potuit
probari passio . s̄ . ad tertiam resurrectionis